

Illustrissime Domine Comes,
Cum Serenissimus Curlandiae Dux Ferdinandus
iustissimis Sacrae regiae Majestatis Suae ad
solvenda debita, non ita pridem per instanti-
ales ad eundem perlatis, ne minima ex parte
satisfecerit, Nosq; hac ratione eo adegerit,
ut, ad proseguendam et finiendam litem hanc
coram Tribunali regio, Consiliarium aulicum
Nostrum Paar, mandato speciali instructum,
Warsoviam ablegaverimus; idcirco Excel-
lentiam vestram amice et officiose rogamus,
ut pro sua, qua in Senatu regio prepolet,
eminenti autoritate, et pro iustitia cause
haecenus ostenso singulari affectu predictum
Consiliarium Nostrum, quoties opus fuerit,
admittere, audire, causamq; hanc nostram
de meliori comendatam habere dignetur.
Et sicuti nequaquam dubitamus, quin

Excellentia vestra. Eam se velit prebere
in promovendo hoc negotio nostro, ut ipsi
omnem prosperum successum unice debere
oppido persuadeamur; Ita studia et officia
sua grato semper animo nos demereri velle
spondemus, Eandem de cetero divini Numinis
Tutela ex animo comendantentes.

Excellentia vestra

Dab. Coburgi in arte
Chrenburg die 18.^{mo}
August. 1714.

Peditissima Semica
Elisabetha Sophia

Faint, illegible text from the reverse side of the paper, appearing as bleed-through.

Manuscrit original de...



A Son Excellence
Monsieur le Comte de Schön-
beck Grand-Chancelier de la
Couronne Polonoise, Gouverneur
de Lomza et Grandentz. ss

à

Varsovie.

